





XIX.
DISPUTATIO JURIDICA
DE
DOTALITIO

QUAM
annuente Divino Numine,

Permifſu

AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
in inclytâ Academiâ Gryphicâ

SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Amplissimi & Excellentissimi
VIRI

DN. GEORGII Engelbrechten /

J. U. D. ac Profesſoris celeberrimi, Præcepto-
ris, Fautoris, ac Cognati plurimum
venerandi,

*Exercitii gratia in Auditorio Majori publicè
ventilandam proponit ad diem 15. Martii
horis conſuevis,*

**JOACHIMUS Westphall / Strals. Pom.
A. & R.**



**GRYPHISWALDIÆ,
Typis Matthæi Doischeri Acad Typographi 1662.**

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consul-
tissimis, Prudentissimis,

DDN. CONSULIBUS,

DDN. SYNDICIS,

DDN. SENATORIBUS,

DN. PROTONOTARIO,

DN. SECRETARIO

Inclytæ Civitatis Anseaticæ

STRALSUNDENSIS,

DNN. Fautoribus, ac Promotoribus
suis observanter colendis,

Primitias hujusce studiorum suorum,

Eâ quâ par est, reverentiâ & cultu
inscribit ac dicat.

Magnif. NN^{tum}. & AA^{dnum}. Vrarum

Dicatisimæ devotionis
Cultor.

JOACHIMUS Westphall/
Auctor.

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIO

DE DOTALITIO.

THESIS I.



Dotalium (a) variis denotatur
appellationibus: (b) nec mi-
nus varia denotat. (c)

(a) Dotalium à dote, dotali, additâ par-
ticulâ, tium, derivatur, sicuti à mœsto, mœ-
sti, mœsticia: læto, læti, lætitia: à justo,
justi, justitia. *W. π. d. j. & j. n. 3.*

(b) Flandris dicitur Duaria; Sabaudi & Neopolitani Dota-
rium appellant, in Francia Doerium seu doarium vel donarium no-
minatur, *Nicol. Boer. decis. 22. n. 26.* Delphinates Supervitam dicunt
id. ibid. n. 6. Guido Papæ. decision. Parliament. Delphinat. decis. 565 n. 1.
Canonistæ Dotalium *cap. plerumque de donat. inter vir. & uxor.*
Dd. ac Interpretibus juris donatio propter nuptias, it. Victilitium.
Germanis dicitur Leibzucht / Leibgedinge / Leibguth / quasi lucrum
quod personæ & corpori adhæret, & cum eo exstingvitur, it. *Wiedo-
umb oder Widduumb / quia viduæ constituitur & cum vidua extin-
guitur, vid. Ernst. Cothm. vol. 1. resp. 50. n. 50. & seqq. Magnif. Dn.
Mey jur. Lubecens. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 390.*

(c) Sumitur enim à plerisque pro eo, quod uxores vicissim,
ante matrimonium marito superstiti promittere solent, ut habeat,
unde vivere possit, videlicet in casum soluti sine liberis matrimonii,
*teste Prateo in lexic. deinde Notarii imperiti, ut refert Anonymus
quidam in lexic. jur. nec non Pragmatici Galli pro dote accipiunt.
Prat. d. l. it. pro Morgengaba, uti interpretatur Cypr. Regn. cen-
sur. Belg. Inst. de donat. ad. § 3.*

TH. II.

Dotalium est ususfructus quidam uxori à ma-
rito in compensationem illatæ dotis constitu-

A

tus,

tus, ut habeat uxor, unde post mortem mariti vivere possit.

Variè quidem à variis definitur *Cothm. vol. 4. resp. 28. n. 43. Modestin. Pistor. conf. 13. n. 27. vol. 2. Wesenbec. conf. part. 2. p. 290. n. 6.* Verum nostram ut rei optimè convenientem & aptissimam, cæteris præferendam putamus. Cum enim dotalitio ususfructus definitio (quod sc. sit jus alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia *pr. Inst. de Vsufr. l. 1. ff. eod.*) competat, meritò & definitum ei adjudicamus. *Chasfan. consy. Burgund. mibi p. 562. Scheplitz. consuetud. Brandenburg. p. 3. tit. 2. §. 22. n. 2. Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 11. Schneidvv. in comment. Inst. de hered. quæ ab intestat. tit. de success. jur. Saxon. inter mar. & uxor. n. 43. Magnif. Dn. Carpz. de jur. fam. decad 5. p. 8. n. 8. Nobiliß. Dn. Struv syntagm. jur. feud. cap. 14. th. 9.*

Rectè itaque reprehendit Carpz. eos, qui dotalitium cum donatione propter nuptias unum idemq; esse statuunt, eum tamen maximè differant: 1. enim certum est, donationem propter nuptias inventum esse juris civilis §. 3. *Inst. de donat.* Dotalitium autem moribus introductum esse infra demonstrabimus. 2. Donatio propter nuptias in securitatem dotis datur *l. 20. C. de donat. ant. nupt.* at dotalitium dotem absorbet, tantùm abest, ut eam conservet, vel viduæ securitatem promittat ullam *Constit. Elect. 42. p. 2. Magnif. Dn. Carpz. (cujus hæc verba sunt) de jur. fam. decad. 5. p. 8. n. 27. 28.* 3. Fructus ex donatione propter nuptias uxor soluto matrimonio non percipit, sed postquam ei de dote satisfactum est, quicquid hoc nomine datum, restituere debet, *cap. final. de donat. inter vir. & uxor.* id quod in dotalitio non obtinet: ibi enim fructus percipere & dotalitium retinere potest: *plures differentias quære ap. sup. alleg. authores.*

TH. III.

Dotalitium moribus introductum est.

Dotalitii institutum antiquissimum & primo à Francis reperiunt scribit Scipio Gentil. *de secundis nupt. cap. 7. p. 46. Hennel. de jur. dotal. cap. 1. §. 8.*

Cum

Cum enim liberalitati virorum inconueniens videbatur, ut erga conjuges, ex quarum dotibus multum sæpe augmenti facultatibus suis accedebat, nimium tenaces se præberent, si non prorsus ingrati, nil compensationis iis offerentes: ad sinistram illam suspicionem, evitandam remunerationis loco de certis quibusdam pensionibus annuis ad tempus vitæ suæ illis prospicere consueverunt, quo viduæ factæ eo melius se sustentare ac lautius vivere possent; Id originem dedit dotalitio. *hucusque Carpz. de jur. fœm. decad. 5. pos. 8. & postea per universam pene Germaniam longissimo usu obtinuit, Carpz. juriss. forens. p. 2. const. 42. d. 2. n. 1. adeò, ut ultra hominum memoriam observatum fuisse, ex aliis referat Hartm. Pistor. quæst. 4. n. 1. p. 1. Heig. quæst. 27. n. 9.*

Inde est, quod si quid dubii circa hanc materiam occurrit, id non ex regulis juris civilis per omnia dijudicari debeat, sed potius ex moribus ac consuetudine decidendum sit. *Excell. Dn. Hahn. observat. pract. ad Wesenbec. tit. de jur. dot. n. 11. ita tamen, ne limites juris communis nimium transgrediamur, sed ex hujus visceribus in casibus dubiis declarationem petamus, Dn. Carpz. de jur. fœm. decad. 5. pos. 8. n. 7.*

Hinc illa nascitur quæstio: An hæc consuetudo justâ nitatur ratione ac æquitate? Negativam sententiam svadere videtur, (1.) quod uxor dotalitio constituto proprietatem dotis planè amittat, cum interim ipsa usumfructum saltem percipiat, qui una cum vita finem accipit, unde facile evenire possit, ut eâ diu non superstite, sine magno onere maritus seu hæredes ipsius dotem lucrarentur. (2.) Quod usurariam in se contineat pravitatem (usuras enim quincunces in altero tanto pensio illa annua excedit) quæ tamen gravissimè tam legibus Romanis quàm R. Imp. de anno 1500. 1530. 1548. & 1577. sub tit. von wucherlichen Contracten prohibita legitur. Verùm his non obstantibus consuetudo hæcce justa ac æqua dicenda est: quod enim primum attinet, non injuria afficitur uxor, quod dotalitio constituto & acceptato dotis proprietatem amittat, cum in ipsius arbitrio est, dotem an repetere, vel dotalitio contenta esse velit, ut proinde alterutro electo, si damnum aliquod ad ipsam vel hæredes ipsius redundat, meritò sibi imputare debeat. *arg. l. 5. pr. l. 84. §. 9. ff. de legat. 1. cum suâ culpâ damnum sentire videatur.*

A 2

Quod

Quod autem longè majores solito usuræ persolvantur, in compensationem dotis fieri manifestum est: aliàs enim dotalitii nomine tantæ pensiones certè non solverentur, ut adeò vel hoc intuitu dotem repetere mulier meritò prohibeatur, juxta regulam illam, cum animo compensandi aliquod datum vel relictum, tum, non utrumque, sed alterutrum ex his peti saltem potest. *l. 6. C. de hered. instit. l. 53. pr. ff. de legat. 2.* Deinde cum omne lucrum, quod uxor ex dotalitio percipit, ex incerto tantùm eventu dependeat, non est, quod adeò injustam eam consuetudinem judicemus: conditionis enim incertitudo facit, ut neutra pars lædi videatur. *l. 1. C. de Pact. l. 12. C. de inoff. testam. cui accedit, quod ratione incertitudinis quandoque quid licitum sit, quod aliàs in casu certo esset illicitum, l. 14 l. 17. l. 23. C. de Usur. Gail. observat. pract. lib. 2. observ. 8. n. 3. & Tiraquell. in l. si unquam. in verb. donatione largitus. n. 126. & mult. seqq. C. de revocand. donat. Vide de dubii eventus periculo (quod sc. ob id multa contra juris rationem permessa sint) non inconcinnè disferentem illudq; pluribus exemplis illustrantem Hennel. de jur. dotal. cap. 6. §. 12. & seqq.* Et quid est, ut Carpzovii verbis utamur, postq; supra hominum memoriam hæc pensio dotalitii, ad rationem unius floreni pro decem annuatim exolvendi, in terris nostris justa visa fuerit, quod de illius justitia ac subsistentia in posterum dubitemus. *de jur. fœm. decad. 5. p. 8. n. 19. Hartm. Pistor. quest. 4. n. 1. Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 78. & seqq.*

TH. IV.

Dotalitium constituere possunt Mariti, (a) nobiles (b) & ignobiles, nisi naturâ vel lege prohibeantur. (c)

(a) Vel mariti nomine Pater, Avus, & quilibet alius *l. ult. in pr. ibi in donationibus quas mariti faciunt, vel pro his alii, C. de donat. ante nupt.* cujus rei illustre exemplum de Maximiliano I. Imp. & Uladislao refert Nicol. Hennel. *de jure dotal. cap. 3. §. 2.*

(b) Regulariter quidem Nobiles dotalitium constituere solent, & jus dotalitii primitus inter eos captum ac frequentiori usu servatum legitur, *Magnif. Dn. Mevius jure Lubecens. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 391.* nullum tamen dubium relinquitur, quin & inter Cives aliosq; homi-

homines, qui Nobiles non sunt, licet hoc rarius fiat, idem usurpetur. *Matth. Coler. p. 1. decis. 60. n. 18. Berlich conclus. 50. n. 8. p. 2. Richter. de jur. & privileg. creditor. disp. 6. n. 4. Carpz jurisspr. forens. p. 2. c. 42. d. 2. n. 3.* ubi præjudicium quoddam adjecit, & jure Saxonico expressè habetur, *Ist er ein Bürger / so ist er mächtig seinem ehelichen Weibe Leibgedinge und Leibzucht zu machen / oder sein Guth auff ihr Lebtag ihr zu übergeben. Vid. Lehrecht c. 31. n. 8.*

(c) Prohibentur aurem vel naturâ vel lege: *naturâ*, ut muti & surdi omnino tales *arg. tit. 6. lib. 1. Feud. §. 2.* hoc tamen temperamento, nisi scribere aut alio certo quodam gestu sensa animi demonstrare possint. *arg. l. 10. C. qui testam. fac. poss. Lege, servi l. 22. l. 32. l. 209. ff. de R. I.* item capite damnati, quia & hi libertatem amittebant, & bona eorum publicabantur, *l. 8. §. 1. & final. ff. de his qui testam. fac. poss.* Sed cum hodie nec tales servi habeantur, nec servi pœnæ amplius efficiantur, *Novell. 22. c. 8.* nèque bona eorum fisco indistinctè applicentur, non video, quid obstaret, quo minus superstitibus uxoribus dotalitium relinquere possent. Sed hîc quaestio occurrit:

Utrum Banniti dotalitium constituere possint?
Quod rectius negari videtur, cum enim ii omnia bona, omnia juracivium amittunt, & nulla obligatio juris civilis in eos cadit. *Subtiliss. & accuratiss. 3. Ctus Dn. Strauch. in exercitat. exoter. de controvers. illust. differt. 6. n. 18.* adeò, ut qui in tale crimen incidunt, neque vendere, neque manumittere, neque ullo modo alienare, nec rectè iis debitores solvere possint, *l. 6. C. ad Leg. Jul. Majest.* quinimo toto orbe Christiano expulsi censentur. *R. A. Erfurt de anno 1567. §. Wir wollen auch.* Cum itaque omnis omnino rerum suarum administratio ac dispositio iis interdicta sit, meritò & facultatem constituendi dotalitium eis denegamus. Sed quid cum dotalitium ante perpetratum crimen & sententiam declaratoriam uxori constitutum sit? Tunc validum esse æquitas suadet: qui enim non peccat, nec pœnam meretur: ex suo tantùm admisso unusquisque sorti subjicitur, minimè autem ex alieno *l. 26. ff. de pœn.* Quod & *Gail. lib. 2. de pac. publ. observat. 16. n. 13. & seqq.* rationibus, legibus ac præjudicio quodam Camerali probat, dum in Camera judicatum refert, quod uxor, marito con-

demnato, habere debeat semissem bonorum ex pactis dotalibus constante matrimonio acquiritorum, & quod possit marito ob delictum bannito, separationem bonorum in Camera petere per implorationem officii nobilis judicis, ne bona uxoris cum bonis mariti pariter periculo & direptioni exponantur.

TH. V.

Constituitur dotalitium uxoribus (a) legitimis (b) tam nobilibus, quàm ignobilibus. (c)

(a) Uxor (ab ungvendo dicta, quod sc. maritos lavabant & unguebant, uti ex Donato refert Tiraquell. in leg. Connubial. gl. 1. p. 1. n. 26. à quo tamen Paul. Cyprius tract. de jur. connub. n. 11. dissentit) est nomen generis: Nam duæ olim erant species uxorum, quarum una Matresfamilias dicebantur, quod sc. in matrimonium per coemptionem conveniebant (quæ coemptio certis solemnitatibus peragebatur, videl: cum sese coemendo invicem interrogabant: Vir ita: an sibi mulier materfamilias esse vellet: illa respondebat velle: Mulier, an sibi Paterfamilias vir esse vellet: ille velle respondebat.) Altera earum Uxores tantùm nominatæ sunt, quæ sc. habebantur usu vel farre, quæ confarratio solis Pontificibus conveniebat, teste Tiraquello de legib. connubial. in l. 4. n. 6. Verùm (b) antiquâ illâ distinctione sublatâ, uxor legitima est, quæ in justo matrimonio vivit, & nomen dignitatis, non autem voluptatis esse censetur. Tiraquell. d. l. in l. 2. gloss. 1. part. 2. n. 65. adeò ut solâ dignitate uxorem à concubina differre scribat Ulpian. in l. 49. §. 4. ff. de legat. 3. uti apud Turcas sola dote, Busbeqvio teste.

(c) Vid. Matth. Coler. p. 1. decis. 6. n. 15. Berlich. conclus. 50. n. 8. p. 2. Carpz. p. 2. c. 42. d. 2. n. 3. Hartm. Pistor. quæst. 4. p. 1. & 6.

TH. VI.

Non autem debetur sponsæ, (a) nec concubinæ. (b)

(a) Cum enim dotalitium respectu ad dotem illatam uxori constituitur, nec ullum debetur dotalitium, dotè non illatâ: jam autem dos non debetur, nec est nuptiis non secutis, l. 20. C. de donat. ant. nupt.

nupt. l. 1. §. 2. & 3. ff. pro dote. l. 4. §. 2. ff. de jur. dot. ubi eleganter Paulus: Si stipulatio dotis causa facta sit ante nuptias, inquit, male petitur, quasi hoc expremum fuisset, & nuptiis non secutis ipso jure evanescit stipulatio, & ad rem facit, quod Ulpian. tradit *l. 10. §. 4. ff. eod. E. nec dotalitium.* Quod & Const. Electoral. Sax 19. p. 3. expresse affirmat, & Wehner. *in observat. Practic. verb. Ehemann / Ehefrau /* ex reformatione Francofurtensi refert, Daß alle Pact und Bedinge / so in den Heyrats Brieffen abgeredet worden / anders nicht verstanden / ihre Wirckligkeit erreichen / noch auch für kräftig sollen gehalten werden / es seyn denn beyde Ehegemahl Christlicher Ordnung nach öffentlich zur Kirchen gangen / ehlich beygelegen / dar auff einander Beywohnung gethan / und also rechte Eheleute worden. Nec obstat, quod appellatione uxoris interdum veniat sponsa, quemadmodum & sponsus nomine mariti *l. 4. ff. de fund. dotal. it. l. 13. §. 3. ff. de adulter.* (2.) Quod de nuptiis disposita & in sponsalibus locum habeant, *l. 15. l. 16. ff. de Sponsal.* (3.) Quod ea, quæ de proximo habentur, non raro pro jam facto habeantur, *l. 43. ff. de testam. militar.* Quod enim Sponsa uxoris nomine & Sponsus mariti nomine veniat, hoc non simpliciter verum est, sed tantum secundum quid: ut adeo male inferatur. Sponsa in quibusdam uxorem imitatur & pro uxore censetur. E. vera est uxor. Deinde Sponsa appellatione uxoris proprie non continetur, sed ex quadam interpretatione, ut patet ex *l. 16. ff. de Sponsal. ibi ut suppleatur, quod orationi deest. l. 7. ff. de jur. dot.* At in consuetudinibus & statutis verba non improprie, sed proprie intelligenda sunt. Quod autem attinet, pro confecto habendum, quod proxime futurum est, cingendum pro cincto, hoc tantum procedit, cum quod futurum speratur, adeo certum ac evidens est, ut falli non possit. Spes enim infallibilis, pro re certa habetur. *Tiraquell. de jur. marital. gloss 2. num. 26.* Manet itaque firmum, Sponsam ab uxore, Sponsum à marito revera differre *l. 1. §. 2. D. pro dote.* sed quotupliciter à se differant, vide *longè lateq; differentem Paul. Cypr. de jure connubior. cap. 5. Tiraquell. d. l. n. 23. 24. Cujac. in Decretal. de spons. & matrim.*

(b) Concubinatu enim hodie sublato minus dubii est, quin dotalitium iis concedendum non sit: jure enim divino prohibetur. *1. Corinth. 7. & ad Hebræos 13. vers. 4. Juro Canonico cap. audire distind.*

stinct. 34. & causa 32. quest. 4. c. nemo. non obstante c. 5. dist. 34. ibi enim concubina sumitur pro muliere, non solemniter ducta, quæ tamen consensit in maritum & ita matrimonium contraxit; sed quia Ecclesiasticis ceremoniis & precibus non fuit initiatum, & ita clandestinè factum, quod pertinet ad Ecclesiam, quia apud eam non constat matrimonium fuisse contractum, hæctenus pro non contracto habetur, cum verè tamen contractum sit, *cap. ult. de clandestin. de sponsat. gl. ad h. l. it. Peretz in C. de Concubin.* Hinc non immeritò Concubinæ usum Imperator Leo in novellis suis Constitutionibus *Const. 91.* Christianis interdixit, præclaram rationem subjungens, quod indignum sit, ubi è fonte ipso aquam puram haurire liceat, lutulentam quærere, cum cuique difficile non sit, vitæ sociam & consortem invenire. Accedunt Recessus Imperii. *Recess. de anno 1530. tit. von leichtfertiger Beywohnung.* Quinimò omnibus ferè Provincialibus & Municipalibus statutis concubinatus jam per DEI gratiam prohibitus est.

TH. VII.

Dari in dotalitium possunt res immobiles (a) & mobiles, (b) quæ non prohibentur. (c)

(a) Immobiles propriè sic dictæ vel sunt soli, quæ de loco moveri non possunt, ut territorium, fundus, *l. 23. ff. de instruct. vel instrument. legat.* vel solo cohærentes: quæ solo infixæ & soli pars sunt, ut castrum, ædificium &c. § 29. *Inst. de R. D.*

(b) Mobiles quamvis rarissimè, tamen immobilibus non existentibus rectè dantur. *Mynsing. Resp. 38. decad. 4. n. 28. Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 63. Struv. Syntagm. jur. feud.*

Hodie autem inter illustres Personas observatum videmus, quod plerumque maritus superstiti uxori districtum vel castrum in compensationem illatæ dotis, pro dotalitio concedat, cujus proventus ac redditus debitos petat ac fruatur; ut ita non modò ad vitæ sustentationem, sed & ad prosapiæ dignitatumq; conservationem atq; splendorem dotalitium constitutum videatur, cujus rei illustre exemplum subjecit Sim. Pistor, *consil. 20. lit. 1.* ubi Dux quidam Saxonie constituit dotalitium hisce verbis: *Dargegen sollen und wollen Wir Wilhelm Herzog zu E. von wegen unsers Sohns Herzogen Friedrichen*

drichen der berührten unsers Fürsten Georgens Tochter auff 25000. Fl. Reiniſch wiederlegen / und ſie dazu mit 5000. Fl. bemorgengaben / umb ſolch Heyrathguth / Wiederlegung und Morgengabe ſollen Wir Herzog Wilhelm von wegen bemeldetes unsers Sohns die berührte unsers Herzogs Georgens Tochter / auff guten gewiſſen Schlöſſern / Herrſchaften und Gütern mit allen ihren Obriigkeiten und Zugehörungen / die uns frey ſtehen / und ſonſten niemandes anders verſchrieben oder beſchafft: Die dem Fürſtenthumb gelegen ſind / und da ſie auch einen Fürſtlichen Seeß haben / alß nemlich auff Schloß und Stadt verwieſen / alſo daß ſie auff 55000. Fl. ohne alle Beſchwerde / und Abgang haben möge / jährlich ſechßhalb tauſend Gülden / darinnen Wildbahn: Frondtenſt: Fiſcherey: Buß: Frevel / und dergleichen Ihr ſollen zu niessen ſeyn. Sed in hujusmodi dotalitii conceſſione admodum cautè Principibus procedendum monent Politici, ne ſc. præcipuas ac munitiſſimas arces eo nomine uxoribus adſignent, ſed potius ædificia commoda & œconomix idonea, cum periculum ſit, ne ſexus ille plerumque affectibus privatis nimium indulgens, poteſtate ſibi conceſſâ abutatur. Deinde ne plus jurisdictionis in bonis ejusmodi viduis illuſtribus tribuant, quam quod ad conſervandam dignitatem ſuam & obedientiam ſubditorum ac miniſtrorum retinendam neceſſarium videtur: Jurisdictionis enim non tantum in fructuosa, ſed & oneroſa illis eſſe ſolet, familiæ verò, à qua jurisdictionis conceditur, detrimentosa ac periculosa: hinc in legibus Regni Sueciæ de Rege matrimonium contracturo & Regina donationes nuptiales facturo diſertis verbis ſancitum eſt. Caſtra vel fortalitia non donabit, ſed poſſeſſiones alias, uti prædia, juxta conſenſum Conſiliariorum. *referente Hennel. de dotal. cap. 5. §. 16.*

(c) Prohibentur autem res, quæ in commercio non ſunt, ut res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, §. 7. *Inst. de R. D. l. 30. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* (2.) quæ Univerſitatis ſunt vel publicæ §. 2. *Inst. de iur. ſtipulat. l. 1. ff. de R. D.* it. litigioſæ, quarum maritus liberam diſponendi facultatem non habet.

TH. VIII.

Conſtituitur itidem dotalitium in feudalibus (a)
ac allodialibus. (b)

B

a) Cir-

(a) Circa feudalia plurimum dubii occurrit, an sc. in iis dotalium mulieribus constitui possit? contrariari quippe videtur communissima Feudistarum regula, quâ expressè foemina à feudi successione tanquam incapaces prohibentur. §. *hoc autem. tit. de his qui feud. dar. poss. it. §. filia de success. feud. it. §. 1. de natur. success. feud.* cujus prohibitionis variae redduntur rationes, *Gloss. ad tit. de his qui feud. dar. poss. §. 3.* pro ratione voluntatem constituentium allegat; cum enim feuda, inquit, à liberalitate dominorum per viam gratiae vel conventionis inceperint, primis auctoribus placuit, ne foeminae comprehenderentur. Welenbecius in eo rationem consistere putat, quod feuda regulariter ob servitia militaria concedi solent, ad quae praestanda foeminae idoneae non sunt. *Herm. Vultej. de feud. lib. 1. c. 9. n. 26.* Imò honestatis ratio suadet, eas passim masculorum ceteri non immisceri. Valentinus Forsterus *tract. de success. ab intest. lib. 4. c. 23. n. 48.* hujus prohibitionis rationem ex lege 12. desumptam existimat, quâ Agnati tantum ad successionem vocantur, exclusis foeminis, idq; propter familiae conservationem, & deinde etiam, ut bona penes eos remaneant, qui Reip. in necessitatibus operam navare possint, *Plures vide ap. Philip. Portium cons. 1. n. 40. Sonsbecc. de feud. p. 9. n. 120. Carpz. de jur. feud. disp. 5. th. 4.* Attamen quamvis regulariter verum sit, quod foeminae à successione feudi excludantur, in multis tamen limitationem pati regulam apud Feudistas reperimus: Quandoquidem enim ex conditione seu qualitate feudi foeminae succedunt, ut puta in feudo foemineo. *tit. F de natur. & success. feud. it. tit. de feud. femin. vel speciali pacto §. 3. tit. de his qui feud. dar. poss. it. tit. de natur. & success. feud.* vel consuetudine: quemadmodum enim consuetudinibus feudaliibus introductum est, ut foeminae regulariter non succedant, ita consuetudine contrariâ induci potest, ut foeminae in feudis succedant. *Vult. de jur. feud. lib. 1. cap. 9. n. 48.* quod & Guido Pap. *decision. Gratianopol. de regno Galliae* testatur, rationem adjungens: quod sc. natura feudi, secundum diversas regionum consuetudines sit diversimodè determinanda. *decis. 59. n. 2. & 3. it. Anton. Capicinus decision. Neapolit. decis. 10. n. 4.* Deinde dubium movet, quod in re feudali ususfructus alteri à vasallo constitui nequeat. Atqui dotalium est ususfructus. E. in re feudali post mortem suam Vasallus uxori

uxori constituere non potest. Verum etsi hoc de rigore juris procedat, uti respondet Alexand. *conf. 18. Curt. tract. feud. p. 4. q. 5.* moribus tamen aliud receptum est, ut nimirum haud minus in feudo, quam in proprietate (etsi in hac facilius) dotalitium consistat, praesertim cum omnibus consuetudinibus, quibus dotalitium receptum, hoc approbatur. *Scheplitz. consuetud. Brandenb. p. 3. tit. 2. §. 11. §. 16. Joh. Koppen decis. 39. n. 39. Modestin. Pistor. vol. 2. conf. 11. n. 18. Berlich. p. 2. conclus. 50. Carpz. jurisprudent. forens. p. 2. c. 42. d. 2. n. 3. Hennel. de jur. dotal. cap. 5. §. 7. conf. constitutiones Stetinens. tit. de dotalitio.*

(b) In allodialibus minus dubii habet, cum cuilibet integrum sit rei suae, prout libet, legem dicere, *l. 7. l. 20. ff. de pact. dotal. & unusquisque rerum suarum moderator & arbiter*, hat mit den seinigen zu schalten und zu walten wie er wil. Ut proinde verissime scripserit Speculi Saxonici autor: An eigenem Gut ist rechte Gabe und Leibzucht der Frauen / denn es ihr daran niemand brechen mag zu ihrem Leibe. *Landrecht lib. 3. art. 75. vid. supr. allegat. auct.*

TH. IX.

Constituitur dotalitium vel Jure, vel conventione.

Jure, cum lege Municipali, vel consuetudine praefinitur: Conventione cum certis pactis ac conditionibus dotalitium constituitur. *Cothman. conf. 50. n. 47. n. 150. vol. 1. Scheplitz. consuetud. Brandenb. p. 3. tit. 2. §. 16. Ludov. Fasch. conf. 6. n. 11. Hartm. Pistor. p. 1. quaest. 4. n. 3. Wesenbec. conf. 26. num. 27. Const. Elect. Sax. 44. p. 2. ubi & Carpz. def. 1.*

TH. X.

Ad dotalitium in feudis constituendum necesse est, ut consensus Domini accedat.

Cothman. vol. 2. Resp. 21. n. 176. & seqq. & de jure Saxonico affirmat Schneidw. in instit. de hereditat. quae ab intestat. tit. de success. inter vir. & uxor. jur. Sax. n. 43. de consuetudinibus Brandenburgensibus Scheplitz p. 3. tit. 2. §. 11. ubi ex constitutione Electorali refert: Wenn auch ein Ehemann Lehngüter hat / und seine
B 2 *Fraro*

Fraw darmit oder darauß nach seiner Frawen einbringen verleibdingen wil / daß soll ihm mit vorhergehenden Consens des Lehnherrn zugelassen werden. Alias autem sc. consensu Domini non adhibito in Electoratu nostro nullum dotalitium constituitur: Idem etiam obtinere in nostra Pomerania innuere videntur die Adeltichen: *Privilegia*. §. Wo auch mit unsern oder unserer Erben Bewilligung die nachgelassenen Wittwen / mit Leibgedings Vermachung versehen / sollen dieselben ihres Leibgedings Verschreibung genießen / und ohne Recht unmod unser Erkantnis ihres Leibgedinges nicht entsetzet werden. Wir wollen auch auß sonderlichen Gnaden zu jederzeit / wenn umb Confirmation der Leibgedingen bey uns Ansuchung geschiehet zc. die Leibgedingsverschreibung bestetigen und confirmiren.

TH. XI.

Sine consensu autem Agnatorum (a) rectè dotalitium constituitur, nisi legitimum modum excedat. (b)

(a) Consensu enim Domini adhibito dotalitia per universam ferè Germaniam, etiamsi agnati non consenserint, firmiter valere expressè testatur facultas Lipsiensis, ibi: Und das aus der Ursachen / daß im heiligen Römischen Reich / gemeinlich der Gebrauch ist / wenn ein Weib ihrem Mann das Ehegeld zubringet / daß dasselbe Geld im Lehn bleibet / und nach Tode des Mannes nicht wieder zurücke fällt an die Fraw oder ihren Erben / und daß dargegen die Fraw solcher ihrer ins Lehngewandter Wittgiffte gemess auff das Lehn die Zeit ihres Lebens / verleibdinget werden mag / auch ohne der Anverwandten Lehns Erben Bewilligung. *Fasch. cons. 6. n. 11.* In Marchia idem observari probat Dn. Köppen *decis. quaest. 39. n. 42.* *Scheplitz consuetud. Brandeb. p. 3. tit. 11. §. 12. n. 1.* In Saxonia itidem valere patet ex *Const. Elect. Sax: p. 2. c. 42.* *Schneidvv. in Inst. de hered. qua ab intest. tit. de succ. int. vir. & ux. jur. Sax, Hartm. Pist, p. 1. qu. 4. n. 7.* *Coler. dec. 15. n. 21. tit. dec 60. n. 11.* De moribus Pomeraniae idem asserendum, uti ex consilio supra allegato amplius. *Facult. Lips. aperte colligitur.* Daß im Römischen Reich gemeinlich der Gebrauch ist / zc. daß ein Weib nach ihres Mannes Tode verleibdinget werden mag / auch ohne der Anverwandten Lehns Erben Bewilligung zc. welcher
Gewon-

Gewohnheit sich auch das Herzogthumb Pommern als ein Mitglied
des heil. Reichs zu conformiren weiß / und es keiner Beweisung be-
darff / daß ein anders in Pommern gehalten worden sey (nota hic
quod hoc consilium in facti specie, quæ in ipsa Pomerania contigit,
conscriptum sit, quod secundum id pronunciatum fuisse ponatur:
Cotbm. d. l) & in privilegijs Nobilium Pomeraniae idem sancitum,
legimus §. Wir wollen auch. *in verb.* Und wenn das nicht geschie-
het / so wollen wir nach billiger Erachtung die Leibgedingsverschrei-
bung bestetigen und confirmiren / darüber auch ferner niemand soll
gehöret werden. Quo & Conclus. Sterinens. collimare videntur.
tit. de dotalit. quest. 12. ibi: Wann im Gerichte decretiret, daß u-
xori, vivente adhuc marito, oder post mortem ejus viduæ dotalitium
constituiret werden soll: der Lehnsfolger aber davon ad Cameram
Imperialem appelliret, soll nichts desto minder solcher Appellation
ungeacht dotalitium constituiret werden. Idem etiam in Silesia &
Regno Bohemiae circa consensum Agnatorum obtinere præjudicijs
ac rationibus probat Hennelius *de jur. dotal. c. 6. §. 5. in fin. & §. 6.*

(b) Verùm quæcunque à nobis de Agnatorum consensu dicta
sunt, tunc demum vera volumus, ubi ad usitatum modum dotalitium
fuerit constitutum, ubi verò modum legitimum excesserit, citra ad-
hibitum agnatorum consensum, in eo, quod excedit, non valere
certum est. *uri videre licet apud Berlich. conclus. 50. n. 38. 39. 40. p. 2.*
& supr. alleg. Dd. conf. Corbman. vol. 3. Resp. 21. n. 1. & seqq. & vol.
4. resp. 8. n. 22.

TH. XII.

Modus autem legitimus & usitatus regulariter
æstimatur, si ususfructus duplicatus ejus, quod
dotis nomine illatum est, constituitur.

Ut puta si mulier mille intulerit marito, tenetur ei maritus duo
millia aureorum dotalitii nomine constituere, ita ut annuatim mu-
lier pro singulis centenjs decem aureos pensionis nomine percipiat,
& hunc modum per totam ferè Germaniam observari testatur Fa-
cultas Lipsienl. *d. conf. n. 16.* de Saxoniam affirmat Hartm. Pistor. *p. 1.*
quest. 4. n. 1. Schneidvv. d. l. de Marchia Scheplitz consu. Brandenb.
p. 3. tit. 2. §. 16. & in Pomerania occidentali expressâ constitutione

cautum est, tit. 17. de dotalit. quest. 1. Conclus. Stetimens. hisce
 verbis: Daß solches pro quantitate dotis illatz constituiret werden
 soll/ derogestalt, daß die Wittwen / von dem abnutzungen des Leibge
 dinges auff jedes hundert eingebrachtes Ehegeldes zehen jährlicher
 Einkunfft unfehlbar haben können. Idq; ideò, quia dos illata com
 miscetur, cum bonis feudalibus, adeoq; quod nec ipsa mulier, nec
 ipsius heredes antiquam substantiam aut sortem dotis petere vel im
 petrare possint: Sed cogitur mulier contenta esse illâ annuâ pensio
 ne, aut fructibus in locum duplicatae pensionis pro illata dote succe
 dentibus. Coler. decis. 60. n. 12. confer hic Berlich. p. 2. conclus. 50.
 n. 48. ubi docet, quod & quantitas dotalitiorum pro diversitate
 locorum & regionum diversa esse possit. Coler. d. l. n. 11. Sicut &
 in Pomerania Orientali heic discrimen quoddam existit, innuente
 id observatione Dicasterii Wolgastani ad quest. de dotalit. 1. Con
 clus. Stetimens.

TH. XIII.

Hæc autem duplicatio non semper procedit,
 cum enim vidua ad secundas nuptias transiens
 dotalitium marito in dotem dederit, maritus
 dotalitium ad quantitatem prioris dotalitii non
 tenetur constituere.

Dotalitium ideò uxori constituitur, ut dotalitio accepto, dotem
 uxor repetere non possit, sed dos quasi bonis mariti incorporata
 perpetuò penes eum & ejus heredes maneat: hoc autem cum de
 ejusmodi dotalitio, quod vidua à primo marito accepit, dici nequeat,
 cum illud morte viduæ finiatur, meritò nec dotalitium deberi, ratio
 ne sc. cessante, statuimus. Nec in contrarium quid facit ratio illa,
 quod sc. maritus fructus constante matrimonio ex dotalitio perci
 piat. Hi enim oneribus matrimonii tantum inserviunt, non autem
 sunt dotis, h. e. ut Dd. interpretantur, non augent dotem, neque
 merentur donationem propter nuptias. l. 7. §. 1. ff. de jur. dot. Bach.
 ad Treutl. vol. 2. disp. 7. lit. A. th. 7. & Modestin. Pistor. cons. 13. n. 24.
 Und obgleich S. F. G. Insteherender Ehe 4000. Fl. jährlich zu gute
 gehen / so ist doch S. F. G. gegen solchen Nutzungen ein Leibgedinge

zu machen nicht verpflichtet denn solche Nutzungen gebühren S. S. G. pro oneribus matrimonii, und dagegen hat die Fürstin ihre Fürstliche Unterhaltung / und geneußt mit des ganzen Fürstenthumbs ihres Herrn. Sed hæc accipienda sunt, cum de dotalitio constituendo, nil prius conventum sit, & de eo saltem dubitatur, an maritus vel heredes ejus inviti teneantur dotalitium prius non promissum constituere. Quod si autem speciali pacto promissum & consensu agnatorum seu hæredum feudaliū constitutum fuerit, tunc firmiter valere putamus: cum enim dotalitium sine dote consensu Agnatorum constitui potest, ut infra videbimus, nil sanè impedit, quo minus etiam respectu ususfructus in dotem illati idem fiat. *conf. Hartm. Pistor. p. 1. quæst. 14. it. Carpz. jurisspr. forens. p. 2. c. 42. d. 6. n. 7.*

TH. XIV.

Dotalitio constituto libera electio uxori datur, utrum dotalitium accipere, an dotem repetere velit. (a) Sed dotalitio semel acceptato, expirat facultas repetendi dotem. (b)

(a) Ita enim Const. Elect. Sax. *const. 44. p. 2.* sancitum legitimus: Wenn es sich aber begeben / daß die Frau etc. kein Leibgedinge haben will / sondern fodert ihr eingebrachtes Ehegeld / die Lehnsfolger aber wollen sie beleibdingen / und das Ehegeld nicht geben / so ist es beschlossen / es soll in der Fr. Willkühr stehen / ihr eingebrachtes Ehegeld wiederzufodern / oder aber das Leibgeding anzunehmen / welches wir uns gefallen lassen / und soll demnach also gesprochen werden. Quod & summæ æquitati conveniens est, ne sc. viduæ senio forsan confectæ facultas de dote ac bonis suis testandi auferatur, atq; aded, quod in viduæ favorem introductum fuit, in ejus odium detorqueatur. *Carpz. jurisspr. forens. p. 2. c. 44. d. 2. Nobiliss. Dn. Struv. syntagm. jur. feud. cap. 14. th. 15.* Et hoc non solum eo casu, ubi vivente marito nullum dotalitium constitutum sit, sed ubi etiam pactis dotalibus constitutum fuerit, verum putamus, non obstantibus, quæ in contrarium adduci solent. *vid. Carpz. d. l. d. 3. & Constitut. Stetinens tit. de dotalitio. quæst. 4. ubi.* Daß Wittwen / welchen Leibgedinge einmahl constituiret ist / nach ihres Mannes Absterben electio zu lassen sey etc. (b) Ve-

(b) Verùm dotalitio semel electo & acceptato dotis repetitio cesfat, & vice versa, cum omnis variatio est odiosa, & non facilè admittenda, *per l. ult. §. tantùm abest. C. de Codicill. & agnito vel repudiato semel dotalitio, successoribus feudi in dote eo ipso jus quæsitum videtur, quod postea eis invitis auferri nequeat. l. 5. C. de O. & A. Hartm. Pistor. p. 1. quæst. 4. n. 20. Carp. d. l. d. 5. quod & constitution. illæ Stetinens. de dotalitio cum distinctione tamen affirmant. quæst. 7. & 16.*

TH. XV.

Datur autem dotalitium in compensationem dotis, (a) ita ut dote non solutâ, nec dotalitium debeatur.

(a) Also daß etnes umb des andern willen geschiehet / *vid. Hartm. Pistor. quæst. 4. p. 1. n. 21. Cothm. vol. 2. Resp. 21. num. 221. & 234. Richter. de privil. creditor. disp. 6. n. 4.*

(b) Dos enim & dotalitium habent se instar correlativorum, quorum altero posito, poni & alterum, & rursus altero destructo, & alterum corruere necesse est. *Cujac. in recitat. Decretal. lib 4. c. 1. de sponsal. & matrimon. Nicol. Eberhard. in loc. à correlativis in topic. legal. ideoq; si dos revera non fuerit numerata, & illata, nec maritus, nec eo defuncto heredes ejus, ad dotalitium constituendum obligantur, ad exemplum juris civilis. ubi nec maritus, nec ejus heredes ad donationem propter nuptias tenentur, nisi dos realiter sit illata. auth. dos dat. C. de donat. ant. nupt. it. auth. sed quæ nihil C. de pact. convent. & gloss. 1. Reichbild. art. 22. Was an der Wittgiff dem Manne gebriecht / das soll am Leibgedinge der Frauen auch gebrechen. Hartm. Pistor. quæst. 4. n. 8. p. 1. Joach. Beuster. de jur. connub. p. 3 cap. 10. it. Privilegia Nobilitatis Pomeranicæ, quando viduis assignant dotalitium seu Verbesserung semper loquuntur de dote illatâ, *vid. die Adeltichen Privilegien. §. da sich auch zurriige. vers. umb die Wittwen ihr eingebrachtes Heyrahegneth / und was ihnen sonst gebühret & Recessum Wollinensem (qui continet explicationem & renovatinem privilegiorum Nobilium, in punctis de Nobilium viduis, indotatis sororibus & filiabus, & de debitis feudaliibus &c.) §. Wo aber solches in Ehestiftung. it. §. zu der Wahrschafft /*
Kleino*

Kleinodien / & Const. Stetinens. tit. de dotal. quæst. expressè cau-
rum est. Daß uxor, ehe ihr ein Leibgedinge verschrieben werden kan/
benbringen müsse / daß das versprochene Ehegeld wirklich ihrem
Mann erleget worden sey. Denn alle weege auff ein eingebrachtes
allein die Leibgedinge constituiret werden sollen.

TH. XVI.

Dote non solutâ, nec dotalitium deberi indistin-
ctè quidè procedit, cum nulla pacta de eo con-
stituendo inita fuerint: sed pactis hoc immutari
potest.

Pactis enim quandoque dotalitium majus dote, quinimò licet
mulier nullam dotem dederit, vel promiserit, tamen dotalitium con-
stitui potest, uti pluribus probat *Hennel. de jur. dotal. cap. 6. §. 13.*
Sed hic notanda illa distinctio, utrū nim. maritus in pactis dotalibus
ad dotis illationem respexerit, an non; illo casu ultra quantitatem do-
tis illatæ heredes non tenentur, hoc autem tenentur: *Hennel. d. l.*
cap. 4. §. 15. 16. Ubi tamen heredes mariti. Land Erben / ab heredi-
bus feudalibus seu successoribus feudi omninò secernendi, *vid. Hart.*
Pist. p. 1. quæst. 4. n. 5. 8. 9. it. 13. Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 16. 17.
18. 19. Cothman. vol. 2. Resp. 92. n. 4. & seqq. Nicol. Hennel. d. l. §.
15. 16. & §. 20.

TH. XVII.

Dotalitium viduæ debetur, etiamsi dotem pro-
missam vivente marito non solverit, modò eam
ipso defuncto, unà cum usuris etiamnum offerat.

Quamquam hæc juri civili minus conveniant, uti colligere est
ex auth. dos data in fin. C. de donat. ant. nupt. consuetudine tamen
aliquot in locis singulari mulierum favore receptum, ut nihilominus
hoc casu dotalitium debeatur, nullo habito respectu, utrum mulier
in mora solvendi, vel maritus in mora acceptandi fuerit, *uti hoc lon-*
gè lateq; declarat Hartm. Pist. p. 1. quæst. 5. Schneidvv in Inst. de he-
reditat. quæ ab intestat. tit. de success. inter vir. & uxor. jur. Saxon. n.
45. Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 22. & seqq. Carpz. juriss. forens. p. 2.
c. 44. d. 11. it. de jur. fam. decad. 5. pos. 9. n. 24. Dn. Rubier. de jur.

C

& pri-

& privileg. creditor. disp. 6. n. 4. & Nicol. Hennel. tract. de jur. do-
 tal. multis præjudiciis probat cap. 4. §. 19. Cæterum quæcunque præ-
 missa ad eum casum restricta volumus, ubi dos marito fuerit promis-
 sa: si verò simpliciter nupserit mulier, neque ante matrimonium,
 neque constante matrimonio dotem ullam promiserit, tunc nullum,
 ei deberi dotalitium, etiamsi post mortem mariti certam quantitatem
 dotis una cum usuris inferre parata sit, certò concludimus: ratio est,
 quod mulier eo casu, immensam dotem inferre posset, ut ei etiam
 immensum dotalitium constitueretur, & hoc modo heredes mariti
 nimis graverentur; quod tamen concedendum non est. l. 74. ff. de
 R. 7. Deinde dotalitium in compensationem dotis datur. At dos,
 quam mulier ante non promisit, sed demum post mortem mariti, pro-
 priè dos dici non potest. l. 20. vers. sicut dos propter nuptias fit. C. de
 donat. propter nupt. Berlich. conclus. 50. n. 28. p. 2. quia dos propter
 nuptias & intuitu matrimonii futuri constituitur. d. l. 20. & l. 3. ff. de
 jur. dot. hinc dotis causa tacitam in se habere censetur conditionem,
 si nuptiæ fuerint secutæ, l. 21. ff. de jur. dot. jam autem matrimonium
 nullum est post obitum alterutrius conjugis, nec ullus respectus
 conjugii haberi potest, ideoq; nec quicquam intuitu futurarum nu-
 ptiarum dotis nomine præstari debet nec potest. Jure itaque viduam
 post mariti mortem dote Agnatis oblata repulsam ferre videmus.
 gloss. Landrecht. lib. 1. art. 21. n. 4. ubi latè deducitur ad verb. Wird
 aber ein Mann mit Rechte. Carpz. de jur. sæm. decad. 5. pos. 9. n. 30.
 Hennel. d. l. cap. 4. §. 22.

TH. XVIII.

Vidua dotalitium petens, dotem verè esse illa-
 tam probare debet: quæ probatio variis mo-
 dis instituitur: sed cum nobis brevitati studen-
 dum erit, remissivè tantùm eã demonstrabimus.

Vid. Petri Benniti decis. 61. n. 6. & seqq. Cothm. vol. 3. cons. 21.
 n. 39. & seqq. it. vol. 2. resp. 68. n. 23. & seqq. Magnif. Dn. Mevius
 jure Lubecens. lib. 3. tit. 1. art. 9. Carpz. juriss. forens. p. 2. c. 44. d.
 10. it. Decis. illustr. Sax. decis. 59. n. 4. & seqq. Struv. syntagm. jur.
 feud. cap. 14. tb. 10.

THES.

THESES. XIX.

Dotalitium post mortem demum mariti effectum sumit.

Vivo enim marito dotalitium est res tantum conventa, conditionata, ac quasi debita mulieris, post mortem autem ejus verè fit ipsius feudum, und ist die Leibzucht bey Leben des Mannes / nur des Weibes Bedinge / aber nach seinem Tode wird es sein recht Lehn. glos. Landrecht. lib. 3. art. 25. & Lehnrecht. c. 57. Coler. dec. 60. n. 16. Carpz. jurisp. for. p. 2. c. 42. d. 4. n. 3. Hartm. Pist. q. 4. n. 27. Modest. Pist. in illust. quest. p. 2. q. 51. Sed quia hic dicitur: quod demum mortuo marito uxor dotalitium petere possit, in questionem venit: An idem etiam obtineat, cum civiliter vel quasi mortuus maritus dicitur, ut puta deportatus vel bannitus. §. 1. Inst. quib. mod. patr. pot. solv. ? Quod rectius affirmari videtur: quippe cum omnia bona marito auferuntur & confiscantur, dote tantum excepta: hanc enim ceteris bonis publicatis mulier repetere potest. l. 5. ff. de bon. damnat. l. 5. §. 5. C. ad Leg. Jul. Majest. cujus itaque surrogatum cum dotalitium, merito nec hoc confiscari putamus, sed ei petere liceat, ut ad mortem usque eo utatur, fruatur, uxore verò defuncta consolidatur cum proprietate & transit ad fiscum l. 5. §. 5. C. ad Leg. Jul. Majest. Chassanz. consuet. Burgund. rubr. 4. §. 6 p. 592. Deinde restringitur thesis nostra in casu, ubi culpa mariti, adulterio sc. dissolutum est. arg. Novell. 117. cap. 8. Wesenb. π. ad Leg. Jul. de adulter. n. 19. Coler. decis. 176. n. 44. & seqq. Carpz. jurisp. for. p. 4. c. 21. d. 3. ubi & præjudicia allegarunt.

THESES. XX.

Post trigesimalum itaque diem ab obitu mariti uxor propria auctoritate actualē possessionem dotalitii apprehendere potest.

Quamquam statim post obitum mariti propria auctoritate dotalitium uxori occupare permixsum videbatur, cum vidua constante matrimonio bona mariti una cum ipso possideat, & post mortem ejus jus retentionis habeat, ac jus successionis in dotalitio mulier proprio jure sibi acquirat, quo magis tamen sinistrae suspiciones & lites

inter viduam & heredes mariti (quæ hinc facile oriri posunt) evita-
rentur, expressè *Const. Elector. 33. p. 3.* cautum est, ut demum lapsò
trigesimo die propriâ authoritate uxor accipiat: Nec in contrarium
quid facit, quod quidam in successione dotalitii viduam legatario
comparari velint, qui tamen legatum à manu heredis cui falcidia de-
betur, accipere tenetur. *l. 1. §. 1. & 2. ff. quorum legat.* Nam 1. non
rectè uxorem legatario: sed magis in dotalitii successione heredi
comparandam *cum Dn. Carpz. jurispr. forens. p. 3. c. 33. d. 1. & 2.*
judico. Deinde nec jure successionis, sed jure specialis privilegii
mulier succedit. *Modestin. Pistor. p. 1. quæst. 19. Jacob Schultz. in ad-
dit. lit. A.*

TH. XXI.

Posessione apprehensâ usumfructum tantùm
dotalitii vidua ad vitam usque percipit, non au-
tem proprietatem.

Dotalitium perinde ac ususfructus cum ipsa persona expirat.
§. final. Inst. de Vsufr. l. 3. §. final. ff. quib. mod. usus vel ususfr. amit.
l. penult. C. eod. Und heisset darumb Dotalitium Leibgedinge / daß
solche Vermachung mit dem Gedinge auffgerichtet / daß dieselbe die
Fraw allein auff ihr Leib und Leben haben soll. *gloss. 1. Lehnrecht. c.*
31. Beuster. p. 3. c. 9. & Modestin. Pistor. cons. 13. vol. 2. n. 21. ubi in-
ter alia dicit, daß erscheinet auß dem / daß sie an dem Leibgedinge / so
von ihrem vorigen Herrn verschrieben / keinen Eigenthumb hat / son-
dern allein den blossen Usamfructum. Quod & *Carol. IV. Imp.*
Constitutionibus Bohemicis congruit, in quarum rubrica stava do-
talitium illustri Reginae tantùm ad vitam & non ultra conceditur.
uri ex Caspar. Schiferdek. de jure Bohemiae hereditario refert. Nicol.
Hennel. tract. de jur. dotal. cap. 2. §. 4. It. prædict. Constitut. Steti-
vens. de dotal. quæst. 15. ibi. Wenn per mortem viduæ das Leibge-
ding verloschen und dem Lehnsfolger heimfelle / etc. *Confer Scheplitz*
consuetud. Brandenb. p. 3. tit. 2. §. 11. n. 3. Simon Pistor. cons. 20. n. 3.
Carpz. jurispr. forens. p. 2. c. 42. d. 2. Berlich. conclus. 50. n. 73.

TH. XXII.

Dotalitii effectus varii sunt:

- (1.) Jus fortius ac pingvius uxor habet in dotalitio, *Scheplitz.*
d. 1.

d. l. n. 3. quàm in cæteris rebus tacitè uxori pro dote illata obligatis: dotalitium enim specialius ac strictius est obligatum, per *authentic. sive à me. C. ad SCr. Vellej. ibiq; gloss.*

(2.) Habet privilegium tacitæ hypothecæ ac prælationis in dotalitio *Neguzant. de pignor. & hypoth. p. 2. membr. 4. numero 64.* juxta communem illam regulam, quod surrogatum retineat naturam ejus cui surrogatur *Wesenb. cons. 50. n. 27. p. 1.* quinimò æquitas svadet, ut dotalitio, in quo dos est, cujusq; dominium uxor amittit, acceptando pro eo usumfructum, idem jus tribuatur. *Richter. de privileg. creditor. disp. 6. n. 5.* cui accedit *Serenis. Elector. Sax. in const. 28. p. 1. vers.* Jedoch was der Leibgeding halben / etc. Cæterùm in aliis pactis & donationibus propter nuptias non datur mulieri jus prioritatis. *l. 12. §. 2. C. qui potior in pign. & d. const. 28. §.* In dem Gegenvermachniß hat sie sich dßfalls der Prioritet den Gläubigern zum Nachtheil nicht anzumassen: Jedoch was das Leibgeding anbelanget / bleibt in Würden und Kräfte: ubi manifestè discernuntur aliæ donationes propter nuptias à dotalitio: ratio diversitatis est, quod in donatione propter nuptias salva manet dos uxoris, in cujus assecurationem donatio propter nuptias constituta est. *l. ult. §. sancimus. C. de donat. propter nupt.* atque ita donationem propter nuptias petens de lucro captando certat. Ex diverso autem dotalitium dotem in totum absorbet, ac perditio dotalitio, nec de dote uxor secura esse potest, atque ita dotalitium petendo, lucrum non quarit, sed de solo damno vitando agit, *Carpz. juriss. forens. p. 1. c. 28 d. 91. 93.* quo casu jus tacitæ hypothecæ ac prælationis conceditur. *l. 12. C. qui potior in pign. §. 2.* ibi enim non pro lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur suisq; rebus defraudentur, curamus.

(3.) Maritus dotalitium neque cum, neque sine uxoris voluntate vendere, donare, vel aliàs alienare potest. *pr. Inst. quib. alien. licet vel non. l. 4. ff. de fund. dotal. Novell. 61. cap. 1. & arg. l. 16. 17. §. 1. ff. de Vsufr.* certis quibusdam casibus exceptis. *vid. Berlich. p. 2. conclus. 50. n. 54. & seqq. Hennel. de dotal. cap. 7. §. 3. 4. & 5.*

(4.) Jus retentionis uxor habet, donec ei de dotalitio plenè sit satisfactum. *Const. Elect. 25. p. 2. in fin.* Wie dann auch die Frau so lange das jus retentionis in den Lehngütern und ihre Unterhaltung

Haben soll/ biß sie des ihrigen vergnüget. *it. Fasch. conf. 6. n. 7. & in Pomerania eodem privilegio gaudent viduæ, uti videre ex Constitutionibus Stetinenf. tot. tit. de jure retentionis. junct. observat. Dicast. Wolgastan. ad quæst. 7. Cothm. vol. 4. conf. 8. n. 60. & seqq.*

(5.) Dotem planè absorbet: ita ut vidua & heredes viduæ dotem illatam repetere non possint, sed penes heredes mariti perpetuò & pleno jure remaneat. *Const. Elect. 42. p. 2. Const. Stetinenf. de dotal. quæst. 14. Hartm. Pistor. quæst. 4. Beuster. de jur. connub. p. 3. c. 10. Matth. Coler. decis. 57. n. 57. Magn. Dn. Mevius jur. Lubecens. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 363. nisi aliter pactis fuerit conventum. confer Berlich. conclus. 50. p. 2. n. 82. Carpz. p. 2. c. 42. d. 3. n. 9.*

(6.) Vidua non debet in percipiendis commodis ex dotalitio ab heredibus mariti impediri *arg. l. 15. §. 6. 7. l. 16. ff. de Vusufr. sed tenentur potius heredes impedimenta tollere. l. 19. §. 1. eod. & omnia concedere, quæ ad usum rei necessaria sunt. l. 23. §. 1. l. 30. d. t. l. 10. in fin. ff. de S. P. V. l. 44. §. 9. ff. de legat. 1.*

(7.) Vidua locare quidem dotalitium ac fructus vendere potest, ad exemplum ususfructus. *l. 8. pr. ff. de bon. author. jud. possid. l. 38. ff. de Vusufr. & quemadm. l. 67. ff. eod. §. 1. Inst. de usu & habit. gloss. latin. Sachsen Landrecht. lib. 1. art. 21. lit. K. it. tit. 9. §. 1. lib. 2. Feud. ita tamen, ut locatio morte uxoris finiatur. confer. Berlich. d. l. n. 65. Coler. decis. 193. Non autem proprietatem alienare, vel quicquam aliud facere licet, quod proprietati præjudicet. l. 9. C. de Vusufr. l. 3. C. de secund. nupt. l. 22. C. de fund. dotal. tit. 9. pr. & §. 1. lib. 2. Feud. tit. 55. pr. lib. 2. feud. conf. Carpz. jurisspr. forens. p. 2. c. 42. d. 11.*

TH. XXIII.

Hucusque de commodis percipiendis, sequitur, ut de oneribus perferendis quædam subjungamus. Onera itaque dotalitio imposita (a) mulier præstare & solvere tenetur: uti collectas, tributa, census, collectas militares, *Heerstewr*: it. Hospitationes militares *die Einquartierung* (b) & quæ plura sunt. (c)

(a) Realibus enim oneribus omninò mulieres ratione dotalitii obligantur. *l. 28. ff. de Vsufr. & Vusufr. legat. nec ulla privilegia s. atatis*

tis

tis s. scientiæ ab his vacationem præstant. *Gail. observ. pract. 52. n. 12.*
quia onera illa non personis, sed rei propriè coherent. *l. 3. C. de an-*
non. & trib. l. 1. C. de Indiction. l. 7. ff. de publican. ac is tributa sol-
vere debet, qui possessiones retinet, & fructus percipit, non domi-
nus, *l. 2. C. de annon. & tribut. l. 42. ff. de pact. l. 7. ff. de publican.*
ratio aperta est: quod ad fructuarium omne commodum & emolu-
mentum fructuum redundat, *l. 66. §. 6. fundo legato. ff. de legat. 2.*
l. 7. §. 2. ff. de Vsufr. jam autem naturalis ratio svadet, ut is, qui com-
modum sentit, sentire etiam debeat incommodum. *l. 10. ff. de R. J.*
confer omnino Hartm. Pistor. p. 1. quæst. 46. n. 33. Berlich. p. 2. con-
clus. 50. n. 71. Carpz. p. 3. c. 16. d. 12. Nec obstat, quod quidam
objiciunt stipendia & tributa esse realia, quibus ipsa prædia subji-
antur, & onus rei dominium sequi: committunt enim illi parado-
gismum causæ proximæ & remotæ. Licet enim tributa sint onera
ipsius rei seu prædii, penduntur tamen si proximam causam requiras
propter emolumentum, quod ex re ipsa percipitur, adeò ut si peni-
tius inspicias, non tam rei, quàm fructuum onera esse videantur. *l. 13.*
ff. de impens. in res dotal. fact. l. 28. ff. de Vs. & Vsufr. uti eruditè do-
cet Magnif. Dn. Tabor. Præceptor meus ætatem devenerandus, tract.
de metat. & Epidemet. p. 2. cap. 3. §. 20.

(b) Cum enim munus hospitis in domo recipiendi, non per-
sonæ sed patrimonii onus est. *l. 3. §. 14. ff. de muner. & honor.* non
est quod dubitemus, quin viduæ ratione dotalitii hospitatio militaris
incumbat. *l. 27. §. 3. ff. de Vsufr. Dn. Tab. d. l. it. Hahn. in observat*
ad Wesenb. tit. de muner. & honor. n. 3.

(c) Tenetur præterea mulier prædium seu bona in dotalitium
data in bono & congruente statu conservare, nec ea imminuere,
arg. l. 13. §. 1. & 2. 4. ff. de Vsufr. l. 9. pr. l. 15. §. 1. eod. legitimam
custodiam præstare. *l. 2. de Vsufr. quemadm. cav.* reparationes ne-
cessarias pro instauratione ædium facere. *l. 7. §. 2. ff. eod.* quod ta-
men de refectione modica est intelligendum. Cæterùm si ædificia
in dotalitio adeò ruinosa essent, ut resarciri non possint, vel vetusta-
te quadam corruissent, tunc mulier non tenetur, *l. 7. §. 2. ff. eod. l. 7.*
C. eod. & gloss. Sandrecht lib. 2. art. 21. lit. G.

TH. XXIV.

Perspectis itaque quibus modis dotalitium constitui-
tur,

tur, videamus itidem, quibus rursus extingvatur. Ex-
tingvitur autem morte mulieris, (a) proditione Re-
gni, (b) Renunciatione. (c)

(a) Sicuti usufructus morte usufructuarii §. 3. *Inst. de Vsufr.*
l. 78. pr. ff. de jur. dot. l. 3. §. 3. quib. mod. usufr. amitt. ita dotali-
tium morte viduæ. Est enim omne jus, quod mulier ratione dotali-
tii habet, tantum concessum personæ mulieris, cum cujus persona
etiam extingvitur. d. l. 3. §. 3. ff. quib. mod. usufr. amitt. *Constitut.*
Strerinsf. de dotal. quæst. 15.

(b) Cum proditores patriæ morte puniantur, & omnia eorum
bona confiscantur, l. 5. 6. C. ad Leg. Jul. Majest. Novell. 117. c. 8. §.
1. Novell. 22. c. 15. §. 2. minus dubii est, quin hoc crimine perpetra-
to uxor dotalitium amittat. l. 8. §. 3. junct. §. 4. C. de repud. gloss.
Landrecht. lib. 1. art. 21. n. 2. vers. Ob sie Raht gebe oder verrieht
wieder das Reich.

(c) Per text. general. l. penult. C. de pact. l. 46. ff. de pact. l. 4.
§. 4. si quis caut. ubi tamen notandum, quod non adeo simplici,
quàm juramento confirmata renunciatione mulier dotalitium amit-
tat. per cap. licet 2. de jurejur. in 6to. Const. Elect. 16. p. 2. §. Ob nun
wol solches. *Gail. lib. 2. observ. 39. n. 21. & seqq.* quæ renunciatio ut
plurimum fieri solet, si mulieri abundè fuerit satisfactum, gloss. *Land-*
recht. lib. 1. art. 20. n. 11. art. 44. in verb. Trsahl. vers. Man möchte
denn diesen Trsahl. lib. 3. art. 76. n. 6. vers. Es sey denn daß man
ihr desselben.

TH. XXV.

Deinde amittit mulier dotalitium, si ad-
ulterii fuerit convicta, (a) si infidias marito
struxerit, (b) 3. si maritum malitiose deserue-
rit. (c) &c. (d)

(a) l. 8 §. 3. junct. §. 4. C. de repud. Novell. 22. c. 15. §. & rur-
sus. Novell. 117. cap. 8. §. 2. cap. plerumque. 4. de donat. inter vir. &
uxor. gloss. lat. *Landrecht. lib. 1. art. 5. lit. G. & gloss. n. 5. conf. etiam*
im Sachsenspiegel per Landrecht ein Urtheil. cujus tit. von peinig-
lichen Straffen und erstlich vom Ehebruch: ibi: Dabey ist zu mer-
cken

ken/ daß ein Weib/ die ihre Ehe bricht/ alles verleiuret / was ihr der Mann zu Wiederstattung ihres zugebrachten Geldes aufgemachet hat / und ihr Ehegelt dazu. *mibi p. 525. Quod & Constitut. Stettinens. sub. tit. de pæn. viduar. inhonestè vivent: decisum est.* Daß etlicher Frauen / wenn sie öffentlich zu schanden wird / alle Lucra so sie von ihrem Mann erworben / verleiure / auch da sie dieselbe allbereits empfangen / restituiren müsse. *Nec obstat text. im Landrecht lib. 1. art. 5. n. 2.* Ein Weib mag mit Unkeuschheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre frecken / ihr Recht verleiure sie aber damit nicht / noch ihre Erbe. *Nam hic textus tantum loquitur de ea muliere, quæ cælibem vitam agit; & deinde diversa sunt hereditates & dotalitia, uti expressè notat glos. latin. lit. G. & glos. ordinar. n. 6. ubi & rationes adducuntur.* Sed cum hæc regula suis quoque innexa sit extensionibus restrictionibusq; , eas prolixius traditas notare licebit *apud Berlich. conclus. 50. p. 2. n. 86. usque ad fin. glos. Landrecht lib. 1. art. 21. n. 2. & 3. Struv syntagm. jur. feudal. cap. 14. §. 13. Nicol. Hennel. tract. de jur. dotal. cap. 10. §. 8. usque ad §. 18.*

(b) Präsertim capitales. *glos. Landrecht. lib. 1. art. 21. in verb. Ob ein Weib nach ihres Mannes Leben stünde. l. 10. ff. solut. matrimon. Novell. 117. §. 3. c. 8. ratio est, ne ex illicito ejusmodi actu vel intentione, contra juris indultum, lucri quædam spes remaneat, & verborum pactive favor, qui merentes complecti debuit, ad delinquentes transferatur. vid. l. 88. §. 11. ff. de leg. 2. ibiq; notat. Gothofr. lit. E. arg. l. 51. ff. de manumiss. testam.*

(c) Cum enim propter maliciosam desertionem divortium conceditur *1. Corinth. 7. v. 15. Dider. Cathedes præcept. 6. tit. de castitat. & conjug. (ubi tamen admodum providè agendum monet. Beuster. de jur. connub. p. 3. cap. 26. 27. 28)* dubium non est, quin ea de causa dotalitium amittatur, quippe iis de causis dotem & donationem propter nuptias amitti certum est, quibus divortium conceditur *l. 8. §. 3. junct. §. 4. C. de repud. Novell. 22. c. 15. §. & rursus. Novell. 117. c. 8. §. 2. Sachs. Landr. lib. 1. art. 21. vers. Leibzucht kan den Weibern niemant wehren/ es sey dan daß sie es selber verwirckē ic. Quod & procedit, si maritum gravi morbo, ex quo etiam mortuus est, laborantem deseruerit. l. 3. ff. de his quæ ut indig. vel ipsi ægro-tanti alimenta non administraverit. l. 4. ff. de agnos. & alend. liber.*

D

Sed

Sed quomodo hæc omnia limitantur vid. C. 7. A. de jur. dot. n. 40. de dotal. Nicol. Hennel. tract. de jur. dotal. cap. 10. §. 19.

(d) Deinde perdit mulier dotalitium, si cum aliis viris invito marito convivetur vel lavet l. 8. §. 3. & 4. C. de repud. l. 11. §. 2. eod. Novell. 22. c. 16. §. 1. quod tamen valet, si voluptatis ac libidinis explendæ causa hoc faciant mulieres Novell. 117. §. 4. It. Si invito marito foris manserit, neque maritus eam expulerit: præsumitur enim uxor rem cum aliis suspectam habere, dd. H. Novell. 117. c. 8. §. 4. ubi tamen limitationem hanc Imp. addit, nisi forsan apud proprios parentes. Vel si invito marito cum aliis viris luxuriosam agit vitam, dd. H. & hæc omnia jure Sax procedunt gloss. Sachs. Landrecht art. 21. n. 2. vers. Und diese Sachen helt man alle nach Kayserslichen Rechten / daß sc. eine Frau ihr Leibgedinge verlustig wird: wenn sie mit frembden Mannes Personen badet wieder ihres Mannes willen: wann sie durch Büberen halben des Nachtes auß dem Hause bleibet: Er hette sie denn zuvor geschlagen: wann sie sich auff Lotterey oder dergleichen Leichtfertigkeiten wieder seinen Willen begeben. Quæ & moribus Pomeraniæ fetè conveniunt, uti videre est ex Constitut. Stetinens. tit. de pœnis viduarum inhonestè viventium.

TH. XXVI.

Denique extingvitur non utendo per modum legitimum (a) ac rei interitu. (b)

(a) arg. l. 13. §. 4. ff. de Vsufr. (1.) quando arbores fructiferas cædat. l. 3. l. 2. ff. arb. furt. cas. Sachs. Landrecht lib. 1. art. 21. quæ autem & quales sint vid. l. 2. & 3. d. l. it. Sachs. Landr. gloss. lat. lit. H. it. lib. 2. art. 28. gloss. n. 5. & confer hic Bartol. Capoll. tract. de servit. R. P. cap. 22. de montibus & Sachsenspiegel post Landrecht. ibi ein Brehel von Leibgedinge S aber Bawhols mag sie nicht mehr ic. mibi p. 535. quibus locis optimè demonstratur, an & quando mulier possit cædere & vendere ligna in dotalitio. (2.) Cum adscriptitios fundi intempestivè dimittat. Sachs. Landrecht lib. 1. art. 21. vers. Letzte von dem gute weisen wollen / die dazu gehören. Vide Scheplitz. consuetud. Brandenb. p. 3. tit. 2. §. 11. n. 4.

(3.) Cum dotalitii dominium ac proprietatem ad alium transferat. Sachs. Landrecht. lib. 1. art. 32. & gloss. n. 3. ibi: Das ist bittlig.

Itz und recht / daß sie es beyde verleust / weil sie mit der Bewehr also falsch handeln wolte als hie: & porro, Danu so iemand übel thun wil / weil ihm zu gute auß gnädiger und sonderlicher Vergünstigung was nachgelassen ist / sv ist es billig / daß er umb solcher seiner Bosheit solches alles verliere und verwircke. *Benedict. Reinhard. differ. jur. civil. & Saxon. part. ult. diff. 22. Wesenb. paratit. ff. quib. mod. usufr. amitt. n. 5. in fin.*

(4.) Si quocunque modo vidua dotalitium deterius reddat. *Sachs. Landrecht lib. 1. art. 21. vers. oder zu welcher Weise / sie ihren Erben zu Schaden & glosf. lat. lit. f. ratio est quod quilibet usufructuarius causam usufructus meliorem quidem facere possit, quamvis deteriore eam reddere non debeat l. 13. §. 4. l. 10 ff. de usufr. Wesenb. parat. ff. quibus mod. usufr. amitt. n. 8. in fin. lib. 2. feud. tit. 8. §. 1. Sachs. Landrecht lib. 2. art. 44. sub. verb. wer auch sein Lehn: hie bey soltu wissen / daß alle Lehn von Gnaden her kommen / darumb wer ein Lehn hat / und dasselbe übel gebraucht der verleust es / & Recess. Wollinens, admodum severè cautum est, ne mulieres possessione fundi sub poena privationis abutantur uti videre est. §. und aber Frauen &c. quæ tamen demum procedunt, si deterioratio ista non fructus duntaxat feudi, sed & ipsum feudum, ejusq; utilitatem perpetuam respiciet *Carp. jur. feud. disp. 9. th. 23. conf. Constitution. Stetinens. generalitatem nostræ assertionis paulò aliter restringentem, tit. 22. d. pæn. viduar. inhonest. vivent. & feudo abutent. weil Wittwen aller Mißbrauch in den Lehn verboten / vermüge der Wollinischen Constitution auch bey Verlust ihrer Gerechtigkeit / so ist dennoch solches zuverstehen / daß sie wegen eines jeden Mißbranchs all ihrer zustehender Gerechtigkeit alsfort nicht können priviret werden / besondern solcher Mißbrauch nach dem er groß und gering pro modo delicti arbitrarie gestraffet werden soll.**

(b) Non enim entis nullæ sunt qualitates, cumq; dotalitium sit jus in corpore, eoq; sublato, & ipsum jus tolli necesse est *pr. Inst. d. usufr. l. 1. §. 2. ff. quib. mod. usufr. vel usus amitt. l. 10. §. 1. l. 23. ff. eod. W. π. quib. mod. usufr. amitt. n. 4. Carpz. jur. feud. disp. 9. th. 36. Struv. syntagm. jur. feud. cap. 15. th. 4.*

His itaq; propositis, cum cætera maxime adhuc necessaria & excus-
sione dignissima persequi temporis, injuriâ prohibear, finem faci-
am, Deo devotas agens gratias.

C u i

ET SOLI SIT GLORIA.



COROL-

COROLLARIA.

- (1.) Inscriptio voluminis juris justiniani, quod sc: sit corpus juris, est ipsius Justiniani, & in legibus fundata.
- (2.) Reperiuntur in Codice Responsa Prudentum.
- (3.) Mulcta ad merum imperium quandoq; refertur.
- (4.) Vis meri imperii ad bestias extenditur.
- (5.) Princeps concedens alicui castrum cum juris dictione mit dem Gerichtem vel saltem cum pertinentibus, omnem juris dictionem, quae castro cohaeret, & sic etiam merum imperium concessisse intelligitur.
- (6.) Citatio pars iudicii non est.
- (7.) Quamvis epistolam sibi missam, quae quaedam efficere mandatus est, quis acceperit, eiq; non contradixerit, ex mandato tamen non obligatur.
- (8.) Quando specialiter universorum bonorum societas coita est, tunc & id quod unus ex sociis filiae in dotem, vel filio in subsidium studiorum dedit, societati est imputandum.
- (9.) Fructuarius causam proprietatis meliorem facere potest, non obstante l. 7. in fin. l. 8. l. 13. §. vers. & si forte & §. 8 ff. d. Usufr.
- (10.) Reiteratio nuptiarum per se minime inhonesta, imò licita est, nec species fornicationis, ut quamplurimi tradiderunt.
- (11.) Mulierem in rebus mariti pro restitutione dotis creditoribus ceteris non solum tacitam, sed & expressam hypothecam habentibus ex privilegio praeferi textibus juris conveniens est.
- (12.) Juri nostro non est contrarium, cum & res immobiles deponi posse, dicimus.
- (13.) Si quis vitiatam ab alio pro virgine duxerit ignorans, ut eam retineat cogi non potest sed justam dimittendi causam eum habere putamus.
- (14.) Matrimonio propter adulterium vel malitiosam desertionem dissoluto, innocenti persona novum conjugium inire jure permittitur.
- (15.)

- (15.) *Feudum etiam in pecunia constitui potest.*
(16.) *At pecuniâ quâ feudum fortè est venditum, propterea, quod ex feudo redacta sit, naturam feudi non accipit.*
(17.) *Clerici suam causam ad iudicem extraneum prorogare non possunt.*
(18.) *Lex Diocesana à lege jurisdictionis distincta est.*
(19.) *Usura jure canonum prorsus illicita sunt.*
(20.) *Id autem quod interest petere licet, & differt ab usuris.*



99 A 6917

ULB Halle 3
002 546 884



10

VJ 17 Retro ✓







XIX.
DISPUTATIO JURIDICA
DE

DOTALITIO

QUAM
annuente Divino Numine,

Permisu
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
in inclytâ Academiâ Gryphicâ
SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Amplissimi & Excellentissimi
VIRI

DN. GEORGII Engelbrechten/

J. U. D. ac Professoris celeberrimi, Præceptoris,
Fautoris, ac Cognati plurimum,
venerandi,

*Exercitii gratia in Auditorio Majori publicè
ventilandam proponit ad diem 15. Martii
horis consuevis,*

**JOACHIMUS Westphall / Strals. Pom.
A. & R.**



GRYPHISWALDIÆ,
Typis Matthæi Doischeri Acad Typographi 1662.